

Jacobi de Viterbio o.e.s.a.

Quaestiones de Divinis Praedicamentis:

Quaestio XVIII

Jacques de Viterbe, promu maître en Théologie à Paris en 1293, restait attaché au «Studium» des Augustins jusqu'en 1300. Ensuite il enseignait à Naples, où il dirigeait le «studium generale» de son Ordre, jusqu'en 1302. Il a développé une grande activité littéraire, aussi bien à Paris qu'à Naples. Lorsqu'il enseignait à Paris, il a publié quatre Questions quodlibétiques. C'est là aussi qu'il a rédigé les «Quaestiones de Divinis Praedicamentis», en total 29 + 3, qu'il avait discutées «ordinarie» avec ses étudiants au «studium» des Augustins, pendant la période entre le premier et le second Quodlibet. Dans ses «Disputationes de Quolibet» Jacques de Viterbe renvoie à plusieurs reprises aux questions sur les prédicaments en Dieu, à partir du Quodlibet II, tandis que dans les questions sur les prédicaments il ne se réfère qu'au premier Quodlibet¹).

Cinq codices ont gardé les «Quaestiones de Divinis Praedicamentis». Ils se trouvent respectivement à Bordeaux (Bibliothèque de la Ville, *ms* 167. ff.1-92), à Naples (Biblioteca Nazionale, *ms* VII C 4. ff.1-86), à Padoue (Bibliothèque de l'Université, *ms* 2006 ff.1-49), à Rome (Bibliotheca Angelica, *ms* 213 ff.1-136) et à Toulouse (Bibliothèque de la Ville, *ms* 56 ff.112-198).

Entre ces manuscrits il n'y a pas d'interdépendance immédiate. Cependant, ils se rapprochent d'une certaine manière. Le texte de Bordeaux (B) est assez proche de celui de Naples (N), tandis que les manuscrits de Padoue (P) et de Toulouse (T) sont plus proches l'un de l'autre que de ceux de Bordeaux et de Naples. Celui de Rome ressemble plutôt à celui de Bordeaux.

La question XVIII que nous publions ici couvre en B les feuillets 56a-59^{va}, en N les feuillets 48^{vb}-51b, en T les feuillets 155^{vb}-158a, en P les feuillets 30^{va}-31^{va}, et en R les feuillets 74^a-77^{vo}. Elle est conçue ainsi: Utrum de Deo realiter et proprie dicatur ubi.

¹) E. YPMA. Recherches sur la productivité littéraire de Jacques de Viterbe jusqu'en 1300. *Augustiniana* 25 (1975) 224-282; 256 sqq.

Sans aucun doute les «Quaestiones» que ces manuscrits nous ont conservées, sont les «determinationes» de nombreuses disputes scolaires. Dix-sept en ont été éditées déjà²). Au fur et à mesure que ce sera possible nous publierons les questions encore inédites. Pour en établir le texte nous nous servons principalement de trois manuscrits, comme nous l'avons fait pour les questions précédentes, à savoir des manuscrits de Bordeaux, de Naples et de Toulouse. Nous avons consulté les codices de Padoue et de Rome pour interpréter certaines leçons et abréviations, ainsi que pour élucider des endroits difficiles.

Généralement nous référons à la *Patrologia Latina* et *Graeca* de Migne, en ajoutant éventuellement des renvois au *Corpus Christianorum*; pour S. Augustin nous renvoyons également au *Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum*.

Quant à Aristote et Averroès, nous référons à l'édition de leurs œuvres, parue à Venise en 1562-1574, publiée de nouveau en 1963³). Nous y renvoyons aussi pour Porphyre et pour le «*Liber Sex Principiorum*».

En ce qui concerne Simplicius, Jean Damascène, Anselmus, et le «*Liber de Causis*» nous utilisons l'édition critique de leurs ouvrages⁴).

Eelcko YPMA, O.S.A.

²) Jacobi de VITERBIO, o.e.s.a. *Quaestiones de Divinis Praedicamentis* I-X; XI-XVII - *Corpus Scriptorum Augustinianorum* Vol V pars I; pars II, ed. E. Ypma o.s.a. Romae 1983; 1986.

Jacobi de VITERBIO o.e.s.a. *Disputatio prima (secunda, tertia, quarta) de Quolibet* - C.S.A. Vol. I (1-4), ed. E. Ypma o.s.a. Romae 1968-1975; *Cassiciacum. Suppl. Bnd. I, II, III, V*; Würzburg 1968-1975.

³) *Aristotelis omnia quae extant opera, selectis translationibus ... illustrata ... Averrois Cordubensis in ea opera omnes ... Commentarii.* ed. Venetiis 1562/74; re-ed. Frankfurt 1963. Vol. I, IV etc. *Suppl. II* = Vol. VI pars I.

⁴) Simplicius. *Commentaire sur les Catégories d'Aristote.* Traduction de Guillaume de MOERBEKE. Édition critique par A. PATTIN O.M.I. ed. Louvain-Paris 1971; Leiden 1975. 2 vol.

Saint John Damascene *De Fide Orthodoxa.* Versions of Burgundio and Cerbanus edited by E.M. BUYTAERT O.F.M. ed. N.Y.-Louvain 1955.

Le *Liber de Causis.* Édition établie à l'aide de 90 manuscrits, avec introduction et notes, ed. A. PATTIN O.M.I. ed. Leuven 1966.

S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi *Liber Monologion...* recensuit Franc. Salesius Schnitt O.S.B. *Florilegium Patristicum* fasc. XX. ed. Romae 1929.

DE PRAEDICAMENTIS IN DIVINIS QUAESTIO XVIII

Quaestio est: Utrum de Deo realiter et proprie dicatur ubi.

(1) Et arguebatur quod sic. De illo enim dicitur ubi vere et proprie quod est intimus omni loco et implet omnem locum; sed Deus est huiusmodi; in Ysaia: caelum et terram ego impleo, et cetera.

5 (2) Praeterea, de illo vere et proprie dicitur ubi, de quo vere et proprie respondetur ad interrogationem factam per ubi. De Deo vere et proprie respondetur quod est hic et ubique. Ergo, et cetera.

(3) Praeterea, secundum Damascenum dupliciter aliquid est in loco, scilicet corporaliter ut corpus, et incorruptibiliter ut angelus. Hoc
10 autem est esse in loco per operationem, ut idem dicit; esse autem in loco per operationem est esse in loco proprie, licet analogice tamen modo quo corpus est in loco, quia, sicut corpus vel quantitas dimensiva terminatur per locum, sic angelus vel quantitas virtualis angeli per
15 quam operatur, terminatur per obiectum. Et sicut quantitas analogice dicitur de quantitate molis et virtutis, sic et esse in loco per hanc operationem duplicem. Cum igitur in Deo sit quantitas virtutis per quem operatur in rebus, videtur quod sit in loco per operationem sicut angelus. Quare proprie, et cetera.

(4) Praeterea, secundum Hugonem, in Dialogis, cum quaeritur ubi erat
20 Deus antequam aliquid fieret, respondet: ubi et nunc, scilicet in se ipso; quare est locus sui ipsius, sicut etiam Damascenus dicit Libro I, capitulo XVI. Sed proprie dicitur esse in seipso, non obstante identitate reali ad seipsum, quia identitas realis non tollit proprietatem sicut actio

2 arguebatur/arguitur N quod sic *add.* multipliciter BN vere et proprie/realiter et
proprie BN 3 intimus/in TP omni *om.* N 4 in *om.* T impleo *add.* ergo T
6 interrogationem/quaestionem T De Deo vero et proprie respondetur *om.* N; *add.* ad
interrogationem factam per ubi B 7 Ergo/igitur T; *om.* BN 8 dupliciter/duplex T
9 incorruptibiliter *lect. inc.* N; intelligibiliter B 10 ut idem ... per operationem/
quod BN 12 dimensiva *lect. inc.* B 13 per/ad BN 14 obiectum/intellectum B
15 (sic) et *om.* B 17 hanc operationem... in loco per *om.* BN 18 proprie *add.* et
cetera BN 19 Hugonem in Dialogo.../Augustinum super Genesim ad litteram BN
ubi *om.* BN 20 respondet/responderet T scilicet *om.* B 21 etiam/et N
25 I^o *om.* T 22 dicitur *add.* Deus N esse *om.* B identitate *mss.* ydemptitate (*ac.*
ita deinceps) 23 sicut/nec B; *om.* N.

4. Jeremias 23, 34

19. De Sacramentis Legis Naturalis et Scripturae Dialogus - Summa Sententiarum
PL 176, 17

21. Cap. 13. PG 94, 851 A; ed. Buytaert p. 57

- proprie dicitur de Deo esse; quae tamen est idem quod Dei substantia.
- 25 Quare proprie dicitur locus sui ipsius; et sic proprie dicitur de Deo ubi.
- (5) Praeterea, quando aliquid convenit alicui secundum propriam eius rationem, licet non secundum plenitudinem rationis, tunc illud proprie dicitur de illo, sicut substantia proprie dicitur de Deo, quia convenit ei secundum rationem suam, quae est subsistere, licet non secundum
- 30 totum, quod pertinet ad rationem substantiae, quia non secundum substare. Sed esse in loco convenit Deo secundum propriam rationem eius quod est esse in loco, vel ipsius ubi quod idem est. Nam ad ipsum ubi, vel existentiam in loco, pertinent quod aliquid sit praesens loco et quod contineatur ab ipso, ut dicit Anselmus Monologion, XXII^o capitulo. Licet autem non conveniat Deo contineri, tamen convenit ei esse
- 35 praesentem, et sic secundum partem rationis dicitur de Deo ubi; quare et proprie.
- (6) Praeterea, Deus perfectius et verius operatur quam angelus. Sed angelus est in loco per operationem; quare et Deus.
- 40 (7) Praeterea, de Deo dicitur quando; cum enim quaeritur: quando creavit Deus vel fecit mundum, respondetur «in principio». Quare et ubi.
- (8) Praeterea, secundum Scripturas et philosophos Deus dicitur esse in coelo. Coelum autem est aliquis locus; et sic de Deo ubi dicitur.
- 45 (9) Praeterea, relatio quae minus habet de esse omnibus praedicamentis dicitur de Deo. Quare et ubi.
- (10) Praeterea, quod non dicit aliquid reale positivum aequaliter potest dici de Deo et creatura. Sed ubi est huiusmodi. Quare, et cetera. Probatio Minoris. Quia ubi acquiritur per motum localem; sed per
- 50 motum localem non acquiritur aliquid positivum reale intrinsecum rei. Quare, et cetera.

24 de/in B substantia *add.* et B 25 Deo/ipso T 30 quod/quid T secundum
 om. N 32 est *post* in loco B quod idem est, Nam *cancell.* B1 33 existentiam/
 existentiae T quod/quia T praesens *add.* in N et om. B 35 convenit *post*
 praesentem BN 36 rationis/rationem B dicitur *post* ubi BN 37 et proprie/pro-
 prie et cetera T 39 deus/cetera BN 40 enim om. BN 41 creavit Deus vel fecit/
 fecit Deus vel creavit T 42 et ubi *add.* similiter de Deo dicitur BN 43 scriptura
add. dicendum B est/dicitur esse B 44 ubi/cetera N; Praeterea, relatio...et ubi om.
 TP 45 Praeterea *add.* illud BN 46 dicit/dicitur BN 48 ubi est huiusmodi/ita
 est de ubi BN quare/igitur T 49 localem/locale B 50 intrinsecum/intrinsece
 T 51 quare om. T

(11) Praeterea, quia Respondens dicebat quod Deus non est in loco, quia non terminatur per aliquid, arguebatur contra, quia terminari non est de ratione eius quod est proprie in loco, quia ultima sphaera nullo
 55 terminatur; quae tamen est proprie in loco. Ergo terminatio non obstat quin Deus possit esse in loco.

(12) Praeterea, Deus dicitur esse in omni loco vel ubique, per suam immensitatem et magnitudinem. Sed immensitas et magnitudo proprie et realiter dicuntur de Deo; quare et ubi vel esse in loco.

60 (13) Praeterea, omnia quae dicuntur de creaturis aequaliter distant a Deo; ergo, si aliquid proprie, quare et omnia.

(14) Praeterea, limitatio essentiae est causa limitationis ad locum, quocumque modo aliquid sit in loco, sive per quantitatem sive per operationem. Sed Deus est essentiae limitatae, quia ita est hoc quod
 65 non illud. Ergo limitatus secundum locum, scilicet quod ita est hic quod non alibi; et sic est in loco.

(15) Praeterea, angelus est in loco vel per substantiam vel per operationem, et, quodcumque dicatur, arguitur: substantia et virtus et operatio dicuntur analogice de Deo et creatura; quare et esse in loco. Sed
 70 angelus proprie est in loco per quidquid dicatur in loco esse; quare et Deus, quia analogia non tollit proprietatem Dei.

(16) Praeterea, universale et particulare magis differunt quam Deus et creatura, quia universale est ens rationis, particulare autem est ens reale. Deus autem et creatura sunt entia realia. Sed aliquid proprie
 75 attribuitur universali ratione particularis, ut Petrus currit, ergo homo; quare et Deo attribuitur aliquid proprie ratione creaturae; quare et ubi.

(17) Praeterea, omne quod movetur est in loco et simpliciter; sed Deus movetur. Ergo, et cetera. Probatio Minoris. Secundum Philosophum III

52 dicebat/dixit BN 53 quia *lect. inc.* B. contra *om.* N terminari/terminare BN
 54 est *corr.* N quia *add.* non terminatur N 54 sphaera *mss.* spera
 55 proprie/prope N 56 possit *add.* dici T esse *add.* proprie P; *add.* proprie ante
 esse R 57 Deus *corr.* T1; *om.* T omni *om.* N per/propter BN 58 et/vel
 BN Sed immensitas et magnitudo *om.* TP 59 et realiter *om.* B 61 aliquod/
 unum BN quare *om.* BN 65 Ergo *add.* est etiam N; etiam, etiam est B 68 et
 virtus, *om.* N 71 Dei/dicendi BN 73 creatura *lect. inc.* N autem/vero B
 74 proprie *om.* T 75 universali *add.* respectu B ergo/quare B 77 simpliciter/in
 ubi BN; similiter ubi R 78 movetur *corr.* B1; *om.* B Ergo/quare B

Physicorum: «Cuius immobilitas quies est», illius actus est motus; sed
 80 immobilitas Dei est quies, ergo eius actus est motus; et sic movetur.

(18) Praeterea, Deo convenit ratio loci, quare, et multo magis, et ubi.
 Probatio Maioris. Dicitur ad Colossenses: «in Christo habitat omnis
 plenitudo deitatis corporaliter»; et per consequens localiter. Sed non
 habitat in eo in quantum homo, sed in quantum Deus; et sic Deus est
 85 in loco.

(19) Praeterea, si Deus non est in loco, hoc est vel ratione circum-
 scriptionis, quae requiritur ad esse in loco, vel ratione limitationis, quia
 illud quod est in loco est limitatum; quorum utrumque dicebat Respon-
 dens. Sed neutrum repugnat: non quidem circumscriptio locati; non
 90 requiritur ad esse in loco, sed formaliter requiritur contactus, quia ubi
 causatur ex contactu loci et locati mutuo; et sic formaliter est ubi in
 loco et locato. Contactus ergo est formalis ratio existendi in loco; non
 autem circumscriptio nec limitatio videtur esse ratio existendi in loco
 quia limitatio vel dicit ipsam substantiam rei, et sic substantia in
 95 quantum substantia esset ratio existendi in loco, quod tamen non
 concedebat, sed in quantum limitata; vel dicit aliquid extrinsecum, et
 tunc illud vel erit positivum, et tunc illo ablato adhuc erit substantia in
 loco, ex quo est extrinsecum; vel est privativum, et hoc non est verum
 quia esse in loco dicit aliquod positivum; quare et illud quod est ratio
 100 existendi in loco. Ergo limitatio non est ratio existendi in loco, et cetera.

(20) Praeterea, esse in loco convenit Deo per aliquid reale, scilicet per
 operationem realem. Quare realiter et proprie est in loco.

(21) Praeterea, cui convenit aliqua limitatio, ei convenit proprie esse in
 loco. Sed Deo convenit aliqua limitatio, scilicet operationis, in quantum
 105 terminatur per obiectum. Licet enim non terminetur sicut angelus, quia
 angelus non potest simul operari in diversis, Deus autem sic, tamen

80 est *om.* BN immobilitas/mobilitas T 81 (magis) et *om.* T 82 habitat/inhabi-
 tat BN 83 et *om.* T non *om.* N 86 circumscriptionis/circumspectionis B
 88 utrumque *lect. inc.* B 89 locati/locato B 90 contactus/constactus Tforma-
 liter *add.* est T contactus/constactus T 93 circumscriptio *add.* item TP non
 autem circumscriptio... existendi in loco *om.* BN 95 in quantum substantia *cancell.*
 B1; esset/est B 97 positivum *lect. inc.* N 98 extrinsecum/extrinseca N dicit/
 non est BN et hoc non ... aliquod positivum *om.* T 100 ergo limitatio ... et cetera
om. BNP 102 proprie *om.* T 104 Sed Deo ... limitatio *om.* B 106 Deus autem
 sic *om.* BN

Deus, sive in pluribus sive in uno operetur, est aliquod obiectum circa quod operatur, per quod operatio terminatur. Ergo, et cetera.

(22) Praeterea, quod dicit simpliciter perfectionem, dicitur proprie de Deo. Ubi est huiusmodi. Quod autem realiter patet, quia, quod non est res, nihil est secundum Augustinum, I De Doctrina Christiana. Ergo quod non realiter dicitur, nullo modo dicitur de Deo. Ergo realiter.

(23) Praeterea, Deo convenit omnis modus essendi, et verius quam creaturae. Quare et ubi convenit Deo, et verius Deo quam creaturae.

116 In contrarium arguebatur, quia esse in loco est circumscribi loco; quod Deo non convenit.

Praeterea, Augustinus, V De Trinitate capitulo VIII, dicit quod situs et habitus, loca et tempora, non proprie sed translativè et per similitudinem dicuntur de Deo.

Item, in eodem libro, capitulo primo, intelligamus Deum, si possumus in quantum possumus, sine quantitate magnum, sine qualitate bonum, et cetera; et inter alia quae dicit «sine loco ubique totum».

125 Respondeo ad evidentiam huius quaestionis sic procedendum est:

I Primo praemittenda sunt quaedam ad intelligentiam quaestionis.

II Secundo videndum est an ubi sit distinctum praedicamentum; ex quo patebit quid est ubi.

III Tertio quomodo ubi reperitur diversimode in diversis.

130 IV Quarto, descendendo ad propositum, videndum erit an ubi sit in Deo, et quomodo.

I Quantum igitur ad primum sciendum quod dici proprie contradividitur ei quod est dici transsumptivè et per similitudinem, sicut patet per

107 in om. B pluribus add. operetur BN 108 Ergo/quare BN 109 proprie post de Deo T 116 circumscribi add. a BN 119 situs et/sicut BN 120 dicuntur/dicitur T 121 capitulo/scilicet N intelligamus/intelligimus B; add. Deum BN si possumus add. et BN 123 quae om. BN 125 evidentiam/dissolutionem post quaestionem BN 126 primo add. enim BN quaedam ante praemittenda BN; add. distinctio B sunt/est BN 128 patebit/patet BN 130 videndum/videlicet T ubi om. TP 133 contradividitur/condividitur BN 134 est dici/dicitur B patet post Augustinum BN

111. De Doctrina Christiana I cap. 2(2)

118. V De Trinitate cap. 8. PL 42, 917; CCL 50, 215, 216

121. V De Trinitate cap. 1. PL 42, 912; CCL 50, 207

135 Augustinum in pluribus locis, et praecipue in auctoritate inducta de Trinitate. Eorum nam quae de Deo dicuntur, haec est una divisio, quod quaedam proprie, ut bonus; quaedam dicuntur translative, ut leo et huiusmodi. Haec autem distinctio in quaestionibus praecedentibus est satis exposita, et ideo hic non oportet immorari.

140 Cum ergo ubi, quod idem est quod esse in loco, inveniatur dici de Deo, sicut dicitur in Psalmo: «Si ascendero in caelum, tu illic es», et hoc inducit Augustinus, V De Trinitate capitulo VIII, merito quaeritur utrum proprie vel non.

Item, eorum quae dicuntur de Deo, quaedam secundum rem, ut
145 bonus, quaedam secundum rationem, ut relationes; quaedam dicuntur quia, licet huiusmodi relationes sint in eo realiter sicut in termino, non tamen sicut in subiecto. Ubi autem dicitur de Deo; merito ergo quaeritur an realiter.

Item, sicut dictum est supra, aliquid dicitur de aliquo vel ut genus
150 vel ut praedicamentum sive analogum. Non est autem dubium quod nihil dicatur de Deo ut genus, ut ostensum fuit in quadam quaestione, sed ut analogum vel praedicamentum.

Item, considerandum quod eorum quae dicuntur de aliquo, quaedam ostendunt vel significant rem aliquam et esse, ut substantia,
155 quantitas, qualitas; quaedam vero non rem et esse, sed magis circumstantias rei, ut alia septem. Unde quandoque dicit Boetius illa non

136 namquae *lect. inc.* N una *om.* N. quod *om.* BN 137 dicuntur *ante* proprie BN leo/deo BN 138 et huiusmodi/et cetera BN Haec/ista T 139 satis *ante* in quaestionibus B immorari/morari BN 140 dici/dictum *post* de Deo BN 141 psalmo/primos B illic es *add.* et cetera BN 144 quaedam *add.* dicuntur BN 145 bonus *add.* et cetera N secundum rationem *post* ut relationes T; *corr.* T1 dicuntur *om.* BN 146 eo/Deo BN 148 realiter/reales T 149 Item/Iterum T sicut dictum est sepra/ut supra dictum est BN 151 in quadam quaestione/supra in quaestione de genere BN 153 dicuntur de *add.* Deo B; *cancell.* B1 154 et esse/vel essentia N; vel essentiam B 155 circumstantias/circumstantia B; *corr.* T1; circumstantias T 156 septem *lect. inc.* B non/quae T

135. V De Trinitate cap. 1. PL 42, 917; CCL 50, 215, 216

138. De Divinis Praed. ed. Ypma quaestio IV 100 sqq. quaestio VII 210 sqq.; X 288 sqq.

141. ps. 138, 8

142. V De Trinitate cap. 8: PL 42, 917; CCL 50, 216

149. cfr. Quaestio VI 150 sq.

151. De Divinis Praed. ed. Ypma cfr. Quaestio VI 167-169

156. De Trinitate cap. 4. PL 64, 1252, 1253

praedicari; quod intelligendum est quia non pure sed rem et esse ostendentes, aliquando dicit ea praedicari.

Unde quando dicitur ubi de Deo vel quocumque non dicit rem.
 160 Unde dicit Boetius De Trinitate: «Ubi vel de homine vel de Deo praedicari potest; de homine ut in foro; de Deo ut ubique; sed ita, ut non quasi ipsa sit res illud quod praedicatur, de qua dicitur. Non enim homo ita dicitur esse in foro quemadmodum esse albus vel longus, nec quasi circumfusus et determinatus proprietate aliqua, qua designari
 165 secundum se possit, sed tantum quod sit illud aliis informatum rebus per hanc proprie praedicationem ostenditur».

Et ex hac distinctione patet melius quomodo intelligendum est hoc quod dicitur realiter.

Unde hoc quod dicitur realiter, vel potest intelligi ita quod aliquam
 170 dicat rem et esse; et hoc non est intentio. Hoc enim non est verum, quia nec ubi nec alia sex dicuntur hoc modo realiter etiam de creaturis; vel realiter contra hoc quod est esse secundum rationem, sicut iam dictum est.

175 Et sic patet primum principale.

II Secundo videndum est de quidditate ipsius ubi; quod melius videri potest, si consideretur an sit ab aliis praedicamentis distinctum.

Est igitur sciendum quod, ut Simplicius narrat, ubi et quando dixerunt quidam non esse aliud quod locus et tempus; et isti bispertiti
 180 fuerunt.

Quidam enim, considerantes quod locus est quantitas, et similiter

157 Quod/Sed BN est *om.* BN quia/quod BN 161 pure sed/praedicantur sci-
 licet BN; sed *om.* P de homine vel de Deo/de Deo vel de homine B; text Migne
 in foro *add.* vel BN 162 illud quod *add.* dicitur vel BN enim/est BN163que-
 madmodum esse/ut est BN 164 circumfusus *lect. inc.* B designari *mss.* Deus
 significari 165 tantum/tamen BN illud aliis/aliud illis B; aliis *om.* T 166 hac/
 hanc B 169 ita *om.* BN et/vel BN 170 non *corr.* B1; *om.* B 171 alia/
 aliqua res TPB 172 quod est *add.* est omne B; *cancell.* B1 esse *add.* commune B;
cancell. B1 dictum est *add.* et cetera BN 176 quidditate/qualitate BN 177 an
 sit *om.* B 178 Est igitur/Et est BN 179 narrat *lect. inc.* N; narravit T; *add.*
 quod BN quod/quam BN locus et tempus/tempus et locus B bispertiti/bipar-
 titi B 181 quantitas/quantum T

160. De Trinitate cap. 4 PL 64, 1252 D

178. ed. Pattin II, 465 sq; 488 sq; I 84 sq.

tempus, posuerunt quando et ubi etiam esse quantitates et non facere distinctum praedicamentum. Et haec fuit opinio Plotini qui posuit solum quinque praedicamenta, scilicet substantiam, quantitatem, quali-
 185 tatem, relationem et motum; et ubi et quando posuit sub quantitate, actionem et passionem sub motu, velut sub communi genere; positio-
 nem et habitum sub relatione. Unde et Aristoteles inter relativa connumerat haec.

Alii vero considerantes decem praedicamenta esse, et ponentes ubi
 190 et quando inter ea, et haec esse idem quod locus et tempus, dixerunt tempus et locum non esse quantitates sed esse distincta quaedam praedicamenta. Et haec fuit opinio Architae et Andronici.

Sed secundum Aristotelem neutra positio est vera, nam secundum ipsum ubi et quando sunt distincta praedicamenta; alias non essent decem; quod tamen omnes recte philosophantes posuerunt, scilicet esse
 195 decem. Et ideo non bene dixit Plotinus.

Item, secundum Aristotelem locus et tempus ad praedicamentum quantitatis pertinent, et non faciunt per se praedicamentum. Et hoc est contra Architam.

200 Fundamentum etiam utriusque positionis non est verum, scilicet quod idem sit ubi et quando quod locus et tempus. Ponentes autem hoc fundamentum videntur ex duobus esse decepti.

Primo quidem ex eo quod ubi non intelligitur sine loco, nec quando sine tempore. Ideo putaverunt hoc idem esse quia ubi ad
 205 locum, quando vero ad tempus pertinet.

Sed haec ratio est insufficiens, quia, licet ubi pertineat ad locum

183 praedicamentum *om.* T; *add.* et praedicamentum B; *cancell.* B1 Plotini/Pilotini BN 184 quantitatem *add.* et T 185 et *om.* T motum *add.* et T ubi *add.* et cetera T; *add.* vero P quantitate/quanto T 187 Aristoteles *add.* ubi B; *cancell.* B1 188 haec *add.* septem N 189 esse *post* quando BN 190 locus et tempus dixerunt *om.* BN 191 et *om.* BN sed/secundum BN quaedam *add.* esse BN 192 praedicamenta *corr.* B1; *om.* B 196 Plotinus/Pilotinus BN 197 praedicamentum quantitatis/quantitatem BN 198 per se *post* praedicamentum BN 200 etiam/enim BN positionis/operationis B; opinionis N 201 et tempus *om.* T 202 fundamentum *om.* B videntur *corr. in marg.* B1; unum B 204 tempore/ubi TPR quia/quod BN 206 pertineat *om.* BN

183. ed. Pattin II, 468; 434-437

187. ed. Pattin II, 468, 489

192. ed. Pattin II, 468, 489, 18sq.

193. Vol. VIII 5C; ed. Pattin 468, 489

197. ed. Pattin II 498 sq.

nec intelligatur sine loco, tamen non propter hoc est idem quod locus;
 sicut ponit Simplicius exemplum quod, licet aequale sit aliquid quanti-
 tatis, non tamen propter hoc est quantum. Unde esse in loco, quod
 210 idem est quod ubi, licet pertineat ad locum, non tamen idem est quod
 locus.

Secundo fuerunt decepti ex duplici significatione ubi. Nam ubi,
 ut dicit Simplicius, significat duo, scilicet locum et quod in loco;
 et secundum secundam acceptionem est praedicamentum distinctum,
 215 secundum autem primam est quantitas. Illi autem ad primam signifi-
 cationem attendunt. Et sicut ubi generaliter sumptum duo significat, ita in
 speciali differentiae loci, ut sursum et deorsum; et huiusmodi duo
 significant, scilicet locum et quod in loco; et secundum quod significant
 locum, sunt quanta, secundum quod significant in loco, sunt sub
 220 distincto praedicamento, quod dicitur ubi.

Alii vero quidam posuerunt ex aliis rationibus ubi et quando non
 esse distincta praedicamenta.

Et prima quidem ratio ad hoc sumitur ex modis essendi in. Ubi
 enim significat esse in loco et est unus modus essendi in, sicut patet per
 225 Philosophum, in IV Physicorum, ubi distinguit modos essendi in octo,
 scilicet ut pars in toto, ut totum in parte, ut genus in specie, ut species
 in genere, ut in materia species, ut in principio motivo ut in fine, ut in
 vase vel in loco. Simplicius autem dixit undecim esse modos, quia duos
 horum dividit scilicet illum qui est ut in materia species, quia aliud est
 230 esse in subiecto ut accidens, aliud ut forma in materia, et aliud est
 subiectum quam materia; et assignat triplicem differentiam, et cetera.

207 nec/non B tamen *om.* BN 209 quantum/quantitas BN 210 est *om.* N
 211 locus *add.* tamen T 213 duo *om.* BN scilicet *om.* B quod/aliquod BN;
 quid P 216 attendunt/accederunt T; accesserunt P 217 huiusmodi/haec BN;
om. T 218 locum/loca BN secundum *add.* vero quod illud BN significant/
 significat BN sub distincto praedicamento/distincta praedicamenta BN 221 vero
om. T 223 modis/ratione BN 224 unus *om.* BN in *om.* B 225 (Philosophus)
 in *om.* BN 226 scilicet *om.* BN (toto) ut/non T; et ut P ut *lect. inc.* N; non T;
 et ut P ut/non T 227 ut in materia species *om.* BN motivo/motum N ut/
 non T 228 vel/ut BN in *om.* P dixit/dicit N 228 esse *om.* B; modos *lect.*
inc. N duos/duo T 229 dividit/subdit B; subdidit N scilicet/essim TP illum
lect. inc. N 230 ut *ante* in subiecto BN; *om.* PR ut *om.* T forma/formam B

208. ed. Pattin II 489-490

225. Vol. IV, 129^o M, 130 A

228. ed. Pattin II 477

Similiter dividit esse in vase et esse in loco, quia vas est locus
transmutabilis, locus autem est vas immobile. Addit autem esse in
tempore; sed secundum alia significata non sumitur aliquod distinctum
235 praedicamentum, ut secundum esse in toto vel in parte, et cetera. Quare
videtur quod nec esse in loco et in tempore facit esse distinctum
praedicamentum.

Sed haec ratio non cogit. Assignat enim rationem Simplicius quare
alii modi essendi in non faciant distincta praedicamenta; esse autem in
240 loco et in tempore sic. Unde dicit sic: «Non omne quod est in aliquo
dignum est speciali praedicamento, sed illa sola, in quibus hoc quidem
continet, hoc autem continetur, utroque suam naturam salvante, et
neutro alterius parte facta neque complente alteram». Hoc autem in
solis his duobus modis invenitur, scilicet in tempore et in loco, quia
245 tempus et locus continent ea quae in loco et in tempore sunt.

Item, separata sunt secundum hypostasim locus et quod in loco et
tempus et quod in tempore.

Item, unum non complet aliud, ut unum est alterius pars.

In omnibus autem aliis modis deficit aliquid horum. Nam in parte
250 et in toto, genere et specie, movente et fine, ratio est completionis vel
perfectionis, quia totum, partes, genus, species, movens, motum, finis
quod ad finem complet; materia vero et forma, accidens et subiectum
non possunt seorsum subsistere. Unde et non proprie dicitur alterum in

232 et/quia BN 233 transmutabilis/transiliens B autem om. B; aut N est
om. B immobile/mobile BN esse/est T 234 sed om. T aliquod om. BN
235 secundum corr. B1; om. BPR Quare/quia T 236 esse in add. toto T et/nec
esse BN facit/faciant BN esse om. BN 238 haec/ista TP cogit/convincit
BN rationem/rationes BN 239 (essendi) in lect. inc. N 240 in loco et
in tempore/in tempore et in loco TP tempore add. unde BN sic/sit BN est
om. BN 241 (dignum) est om. T speciali praedicamento/speciale praedicamen-
tum BN hoc/haec B 242 continet om. B hoc/haec B utroque/necessario B;
utro N salvante/salvantem BN 243 neutro/neutra BN facta neque/scilicet per-
fecte BN 244 tempus et locus/locus et tempus B 245 continent/continentur N
(et) in om. T 246 Item/ista T secundum corr. B1; om. B hypostasim mss.
ypostasim 247 et tempus ante et quod in loco B 248 ut/nec BN unum add.
aliud B pars lect. inc. N 250 (et) in om. BR; et in/a N genere/ergo N (ge-
nere) et/ut a N fine add. et N est ante ratio B; om. N 251 perfectionis lect. inc.
T totum add. et BN genus add. et BN species add. et B movens add. et
BN motum add. et T finis add. et illud BN 253 et om. BN

altero in-esse, cum non sint simpliciter altera, cum non sint separate ab
 255 invicem secundum hypostasim. Ideo, ut dicit, magis proprie dictum est:
 corpus est album quam albedo est in corpore et magis consuete dici.

Alia vero ratio movens ad dicendum quando et ubi non esse
 distincta praedicamenta, est, quia ubi est in loco esse, et sic dicit
 260 habitudinem. Habitudo autem videtur pertinere ad praedicamentum
 relationis.

Sed et hoc non cogit. Non enim omnis habitudo est relatio.
 Quomodo autem differunt sex praedicamenta a relatione, dictum fuit
 alias, quia relatio est habitudo conversiva; haec autem non. Ubi autem
 dicit habitudinem eius quod in loco ad locum, non autem econverso.

265 Et si dicatur quod locus est continens quod relative dicitur ad
 contentum, dicendum secundum Simplicium, quod nihil prohibet in
 eodem esse diversas habitudines. Unde illud quod in loco est et dicitur
 esse ubi. Et praeter hanc habitudinem est ibi relatio quaedam. Nam
 relatio in omnibus praedicamentis esse habet, ut supra declaratum fuit.

270 Alii vero quando et ubi dixerunt esse praedicamenta composita ex
 diversis praedicamentis; et dixerunt non esse unum aliquod praedica-
 mentum, sed ad diversa pertinere quando et ubi, ut ubi dixerunt
 compositum ex loco <et> eo quod in loco, ut quando dixerunt esse
 compositum ex tempore et eo quod in tempore est.

275 Ad quod dicendum quod ex duobus inducti sunt.

Primo quidem ex compositione vocis, quia ubi significat esse in
 loco; in loco autem dictio composita est, quia significat quid compositi-

254 in-esse/esse B cum/quia T sint *om.* T 255 hypostasim *mss.* ypostasim
 ut/non T (dictum) est *add.* esse B 256 (corpus) est *om.* B est in corpore *lacuna*
 T consuete/consuevit BN 257 dicendum *add.* quod B 258 (praedicamenta)
 est *om.* BT 261 et/etiam BN 262 dictum fuit alias/alias dictum est BN
 263 autem/est T 264 (quod) in/de BN 265 relative/relate BN 266 contentum/
 locatum PR 267 illud quod *add.* esse B; *add.* est esse N (in loco) est *om.*
 BN (loco est) et *om.* N 268 (esse) ubi *om.* BNT relatio *om.* BN 269 esse
 habet/est relatio BN fuit/est B. *om.* T 270 praedicamenta/paedicamentum BN
 composita *om.* BN 272 ut ubi ... compositum *om.* BNTR 273 (ex loco) <et>
om. BNTR 276 (quia) ubi *om.* BN 277 composita/compositio B

263. De Divinis Praed. ed. Ypma Quaestio VI, 205-209

266. ed. Pattin II 479

269. De Divinis Praed. ed. Ypma Quaestio VII, 205-209; Quaestio XI, 17sq; 33sq; 43,
 44

tum, scilicet locum et illud quod in loco; et quando significat duo, scilicet tempus et rem quae est in tempore, vel tempus et habitudinem ad tempus. Unde et quidam moderni dicunt quod dicit rem sub ordine. Sic ergo potest dupliciter intelligi compositio.

Sed haec ratio non cogit. Multae enim sunt dictiones compositae, quae tamen significant rem simplicem, ut Simplicius dicit.

Secundo moti sunt ad hoc dicendum ex eo quod hoc quod esse in loco semper coinsinuat et implicat locum, nec sine eo intelligitur.

Sed nec illud cogit. Non enim si aliquid implicat vel dat intelligere aliud, propter hoc oportet quod illud praedicamentum sit compositum, vel quod non sit in uno praedicamento, ut Simplicius dicit. Cum enim dico 'ambulat', consignificatur tempus praesens, et cointelligitur etiam persona agentis. Unde secundum grammaticos in verbis semper intelligitur numerus, sed in verbis primae et secundae personae certus et determinatus; in verbis autem tertiae personae indeterminatus.

Licet autem «ambulat» haec tria dicat, tamen non oportet propter hoc quod sit in diversis praedicamentis sed in sola actione, nec oportet propter hoc quod illud sit compositum praedicamentum. Et similiter in proposito de ubi.

Ideo dicendum est quod haec sunt distincta praedicamenta, et sunt simplicia, non composita hoc modo. Nam ubi, prout est praedicamentum, non dicit locum nec rem quae est in loco, nec compositum ex ambobus, nec etiam dicit compositum ex habitudine et aliqua re. Sed nuda habitudo eius quod in loco ad locum est praedicamentum. Et similiter nuda habitudo eius quod in tempore ad tempus est quando. Ut

278 locum/in loco B 279 (quae) est om. T vel om. T 278 locum et illud ...
scilicet/vel T 279 scilicet tempus ... habitudinem ad tempus om. P 280 unde et/ut
habent BN moderni lect. inc. N (quod) dicit om. BN 282 Sed add. etiam B;
et N dictiones/rationes N 283 tamen/cum T 284 hoc quod add. est BN
285 coinsinuat/consignificat BN (sine) eo om. NT 287 (propter) hoc add. non B
illud om. BN praedicamentum post compositum BN 289 consignificatur tunc
significat BN 290 secundum om. BN grammaticos/grammaticus BN semper
om. BN 291 numerus lect. inc. BN certus add. intelligitur numerus BN
293 non om. T oportet post propter hoc BN 295 propter hoc post quod illud
B 298 prout est/potest esse B 301 in loco ad locum ... habitudo eius quod/est
habitudo BN 302 tempore add. et T Ut/et BN

283. ed. Pattin I 81

288. ed. Pattin II 493

sic, quando et ubi sint simplicia praedicamenta sicut alia. Et ex hoc patet quid est ubi. Est enim habitudo ad locum et est sicut in subiecto
 305 in re locata, non in loco, quia dicit habitudinem rei locatae ad locum.

Et ad huius maiorem evidentiam sciendum quod, sicut dicit Simplicius, praedicamenta tripliciter notificantur, per nomen, per exemplum et per proprium intellectum seu rationem.

Primis duobus modis notificat Aristoteles ea, in Praedicamentis in principio, cum singula exprimit nominibus propriis. Unde habitudo ad
 310 locum vocat ubi; exemplo cum subiungit in speciali exemplificando unde ubi, ut in licio vel in Athenis; secundum autem proprias rationes, idest secundum quasdam notificationes, quae sunt ut definitiones quia non proprie diffiniuntur. Sic quodlibet praedicamentum habet suum
 315 intellectum et rationem, ut substantia per se existere, quantitas esse terminum et mensuram, qualitas esse distinctivum et denominativum, et relatio ad aliud se habere, actio habere in se causam, passio habere causam in alio.

Si ergo quaeritur de ratione ipsius ubi, potest dici quod ratio ubi
 320 est secundum locum determinari; quod satis consonat illo dicto in libro Sex Principiorum: «Ubi est circumscriptio corporis a loci circumscriptione procedens». Sed primum est convenientius dictum.

Et sciendum est quod ubi et quando et quae pertinent ad praedica-

303 ubi/tempus BN sint/sunt BN simplicia/distincta BNR sicut *add.* et BN
 304 (quid) est/sit BN (et) est/in est B 306 huius/huiusmodi B sciendum *lect.*
inc. T 307 (exemplum) et *om.* T notificat *corr.* B1; *lect. inc.* B 310 principio
add. nomine BN 311 cum *ante* exemplo N; *lect. inc.* B; ubi T 312 in licio *lect. inc.*
 T; *om.* BN 311 cum subiungit/consubiungit T 312 unde ubi *lect. inc.* B; natu-
 ram N ut in licio vel/ut ubi BN (id est) secundum *om.* BN 313 quia/
 quae BN 315 et/etiam N 316 distinctivum/distinctum B denominativum *add.*
 vel denominate BN 317 relatio/relationis BN ad *om.* T actio/actionis in BN;
 actus TR passio/passionem vero BN 319 quaeritur *om.* PR; quaeratur T
 320 determinari/determinati T; *ante* secundum locum BN quod/cui BN; *add.* enim
 T consonat/convenit B; *om.* N illo dicto in libro/illud B; illo dicto in libro Sex/
 illud scilicet N 321 corporis *om.* B a loci/locati a BN 323 (sciendum) est *om.*
 BN quod *add.* etiam BN ubi et quando et quae/unde et quo et qua BN per-
 tinent ad praedicamentum ubi et illa quae ad hoc *om.* P

307. ed. Pattin I 81

309. Vol. I 25^o KLM

321. Vol. I 64^o M

mentum ubi, et illa quae ad hoc reducuntur, et adverbia demonstrativa,
 325 ut hic, ubi, longe, prope, et huiusmodi.

Et sic patet secundum principale.

III Tertio videndum est quomodo ubi reperitur diversimode in diver-
 sis creaturis.

330 Circa quod sciendum quod ubi, sicut dictum est, dicit habitudinem
 ad locum, quia proprium est ubi secundum locum determinatum.

Et ideo ad videndum de ubi, videndum est de loco, sicut etiam
 Respondens procedebat et bene. Videndum est igitur, quid sit locus, et
 quomodo diversimode sumitur, quia ex hoc patebit de ubi.

335 Sciendum igitur quod locus materialiter est superficies; formaliter
 autem continentiam dicit; est enim ultimum continentis secundum
 Philosophum, IV Physicorum, et Damascenum, Libro I capitulo XVI:
 «Locus est corporalis, finis eius quod continet scilicet id quod continet
 illud quod continetur». Unde si videremus quid importat continentia,
 340 patebit formalis ratio loci.

Continentia quidem primo videtur importare terminationem; quod
 enim continet aliud, terminat ipsum. Ideo loci est terminare, et dicitur
 terminus. Tamen sciendum est quod locus dicitur terminus corporis
 contenti, et hoc habet in quantum locus est; terminat enim ipsum
 345 locatum.

Item sciendum quod esse terminum et mensuram convenit omni
 quantitati; haec est enim propria quantitatis ratio. Sed esse terminum
 extrinsecum specialiter loco et tempori convenit, sed diversimode.
 Locus enim terminat secundum molem sive distensionem molis; tempus

324 quae ad hoc/ad quae BN reducuntur/respondemus B; respondetur N
 325 longe *add.* et BN 329 creaturis/praedicamentis N 331 determinari/termi-
 nari N 323 (ideo) ad *om.* T loco *om.* N 333 etiam/et B; *om.* P bene. *add.*
 unde BN 334 quia ex hoc patebit de ubi *om.* B ubi *add.* quomodo diversimode
 sumatur N 336 autem/aut BN 337 libro I/libro III B 338 scilicet/secundum
 BN scilicet illud quod continet *om.* T 339 importat/importat T 341 primo
om. BN 343 tamen/unde BN 344 habet/patet B 346 omni *om.* BN 347 enim
om. BN propria *post* ratio quantitatis B 348 extrinsecum *lect. inc.* T convenit
om. TPR 349 sive distensionem/et distinctionem BN

330. pg. 81 l. 310 sqq.

337. Vol. IV 139^o K De Fide Orthodoxa Cap. 13 PG 94, 850 C; ed. Buytaert p. 56

350 autem secundum distensionem ipsius esse vel motus. Locus igitur secundum quod locus continet quia terminat locatum extrinsecus.

Unde est separatum a locato, quia nihil est ipsius locati. Unde dicit Philosophus in IV Physicorum, assignans ea quae loco conveniunt: significamus igitur primum locum esse quod continet illud cuius locus
355 est, et nihil est rei.

Item, continentia non solum dicit terminationem sed etiam excessum quemdam; continens enim excedit contentum secundum quod huiusmodi.

Est autem duplex excessus, scilicet magnitudinis et virtutis. Locus
360 igitur excedit secundum magnitudinem, quia superficies loci proprie aequatur superficiei locati; propter quod dicit Philosophus, ibidem, quod oportet locum primum, id est proprium, ad differentiam communis, neque maiorem neque minorem esse. Tamen corpus locans excedit locatum secundum magnitudinem. Et hic excessus, scilicet magnitudi-
365 nis, sufficit ad locum mathematice sumptum.

Sed ulterius ad locum naturaliter acceptum requiritur excessus virtutis. Habet enim locus vim operativam, ut dicitur IV Physicorum; ex quo etiam convenit sibi immobilitas quaedam. Unde est ultimum continentis immobile primum, quia haec influentia provenit ex ordine
370 partium universi, qui est immobilis. Ex hoc autem quod locus continet secundum excessum magnitudinis, dicitur susceptaculum et habere vim susceptivam. Sic ratio continentiae includit terminationem et operationem et susceptionem; et haec conveniunt loco. Unde dicit Simplicius

350 autem *add.* terminat BN 351 quia/et BN 353 (Philosophus) in *om.* BN
assignans/assignatur B 354 significamus/censemus *text ed.* 1562 primum *om.* BN
illud/ad B 355 (nihil) est/esse B 356 contentum *om.* T excessus/concessus T
360 quia *add.* licet TPR proprie *om.* N quia superficies ... secundum magnitudi-
nem *om.* B 365 ad *om.* BN mathematice/metaphorice B 366 acceptum/sump-
tum T 367 virtutis/virtualis N operativam *add.* et salvativam BN 368 quo/
quibus BN sibi *om.* TP quaedem *om.* TP 369 continetis/continens N quia
prima/primum quia haec BN provenit/continget B 370 qui/quae BN autem
om. BN 371 excessus *add.* secundum N 372 sic *add.* ergo BN et operationem
om. BN

353. Vol. IV 133 D

367. Vol. IV 139^{vo} IK; cfr. Averroes. text. Com. 41 ibidem 139^{vo}

373. ed. Pattin II 495; 498

quod locus habet virtutem terminativam, susceptivam et operativam
 375 esse eo quod continens est.

Patet igitur quid pertinet ad rationem loci.

Videndum est ergo ulterius quomodo potest diversimode locus
 sumi in rebus.

380 Circa quod sciendum quod, quantum ad praesens, tripliciter dicitur
 aliquid de aliquo, vel univoce ut animal de homine et equo, vel
 aequivoce ut canis de coelesti et latrabili, et translativae sicut diabolus
 dicitur draco propter insidias. Dicitur enim translativae non est dici aequi-
 voce, ut dicitur Simplicius. Aequivoca autem quaedam dicuntur a casu,
 385 quaedam ab intellectu; a casu ut Alexander Paris et Alexander Macedo,
 quando non habetur respectus aliquis in impositione nominis in uno ad
 aliud.

Ab intellectu tripliciter, vel secundum similitudinem ut animal
 dicitur de animali picto et vero, vel secundum proportionem ut princi-
 390 pium de unitate et puncto, corde, dignitate; et hoc dicitur proprie
 analogia, quia sicut se habet hoc ad hoc, ita illud ad illud secundum
 attributionem, vel ab uno agente ut medicinale, vel quia ad unum ut
 sanitas, vel quia in uno, ut accidentia ad substantiam. In primo multa
 dicuntur medicinalia per attributionem ad veritatem medicinae, quae
 395 est sicut agens; in secundo multa dicuntur sana per attributionem ad
 sanitatem quae est in animali, et habet se ut finis. Et hoc consuevit dici
 analogia, sed improprie secundum vocabulum. Analogia enim idem est
 quod proportio.

Possumus autem dicere quod omnibus his modis dicitur locus vere,
 400 et per consequens ubi.

Aliquando enim dicitur metaphorice, sicut materia locus dicitur

374 terminativam/terminative B operativam/operationem BN 378 ulterius *om.* T
 potest *om.* N 380 praesens *add.* spectat BN Circa quod ... dicitur aliquid *corr.*
 B1; *om.* B 381 de aliquo *om.* T (homine) et/vel T 381 (equo) vel *om.* T
 383 dicitur draco/de dracone BN dici/dicit B; ait T 384 aequivoca/denominativa
 B; aequivocatio T; aequivocationem P 385 Paris/patris T 386 impositione/posi-
 tione N 388 in/ab B; an N 389 dicitur *om.* BN (vero) vel *om.* TPproportionem/propositionem TP
 390 unitate/unione T 391 sicut *om.* B ita *add.* se
 habet BN 393 (accidentia) ad/in T 396 dici/de T 399 possumus autem/posset
 enim T vere *om.* TP 401 enim *om.* BN (metaphorice) sicut/sic T

formae secundum Platonem, sic anima est locus specierum, III De Anima; sic locus in omnibus entibus dicitur, ut Simplicius dicit.

Sic semper superiora et principaliora in entibus habent rationem
405 loci, et quodam modo continent inferiora relative ea.

Sic etiam ipse Deus dicitur locus omnium.

Sic generaliter et translative definit Pictagoras locum, dicens quod est terminus entium.

410 Alio modo dicitur locus univoce ut in rebus corporalibus de loco sursum et deorsum, scilicet a medio vel ad medium.

Alio modo potest sumi secundum quamdam attributionem. Sic forte dicitur locus de loco corporum aliorum et loco ultimae sphaerae,
415 quia ultima sphaera est locus omnium proprie. Centrum autem dicitur locus ultimae sphaerae aliquo modo propter ordinem quem habet ad illam, licet aliter dicatur quod est in loco per accidens.

Aliquando locus dicitur de aliquibus secundum proportionem quamdam, sicut dicitur <de> loco corporum et de loco angeli.

Circa quod sciendum quod aliquid dicitur de aliquo secundum
420 proportionem, hoc est quia habent unum nomen propter aliquam proportionem, quia ita se habet hoc ad illud sicut illud ad illud, sicut dictum est de principio. Non tamen oportet quod proportio ita attendatur secundum omnia, sed secundum aliqua.

Sic in proposito. In corporalibus dicitur locus illud quod terminat
425 eorum quantitatem; in angelis illud quod terminat eorum operationem, hoc est illud circa quod operatur. Sic angeli sunt in loco per operatio-

402 formae *om.* TPR sic/sicut BN specierum/speciebus P 403 III De Anima
ante est locus T 404 sic/ergo N 405 et/quia BN continent/continentur B
relative ea/translative BN; relatione ea R 406 (sic) etiam *om.* T 407 sic generali-
ter/generaliter sic T; sic *om.* P definit *mss* diffinit; differet T 410 locus *om.*
B ut *lect. inc.* T de loco *add.* secundum T 411 et/ad B vel *om.* BN
413 loco/locis BN 414 sphaerae *mss* spere ac ita deinceps 416 illam/illa BN
418 quamdam, sicut ... secundum proportionem *om.* TP 420 habent/habet B
421 sicut/ut T 422 principio/principius T proportio ita/ita ista proportio BN
424 Sic *add.* et BN terminat *coor.* B1; *om.* B 425 quantitatem; in angelis ...
terminat eorum *om.* TP illud *lect. inc.* T 426 operatur/operatur TP sic/si BN

402. Suppl. II 153^{vo} D

403. ed. Pattin II 494

nem, ut dicere videtur Damascenus. Tamen non intendimus aliquid
dicere contra articulos qui sunt oppositi de hoc; quod alias tetigi et
430 exposui.

Intelligitur autem hoc praecipue de operatione transeunte, quia
locus dicitur aliquid terminativum et susceptivum. Illud autem circa
quod sic operatur, suscipit operationem eius. Obiectum autem operatio-
nis intrinsecae translativae dicimus locus, ut cum dicitur quod anima est
435 ubi amat vel ubi intelligit.

Si autem dicatur quod etiam sine operatione sit in loco, tunc erit
ratio loci ibi etiam ratione terminationis; non autem quod indigeat loco
quia hoc continetur ab eo. Corpora autem indigent loco et sine loco
non sunt, ut dicit Augustinus, ad Dardanum, «spatia locorum tolle
440 corporibus et nusquam erunt, et quia nusquam erunt, nec erunt». Angeli autem non egent loco, quia secundum philosophos satis est
manifestum, sed secundum sanctos non.

Quidam posuerunt angelos creatos ante mundum corporeum. Alii
tenent quod saltem potuerunt creari, tamen sunt in loco corporeo.

445 Utrum autem, secundum substantiam vel secundum operationem,
nihil ad praesens.

Utrumque videtur dici in articulo. Si secundum operationem, sic
illud circa quod operatur terminat operationem et suscipit eam.

Si secundum substantiam, vel secundum quod substantia est; et
450 hoc non videtur, quia substantiae secundum quod substantia non

427 intendo/intendimus BN 428 contra/circa BN quod/de quo BN tetigi/
tetigimus BN 429 exposui/exposuimus BN 431 autem om. T praecipue post
operatione BN 433 sic om. BN 434 intrinsecae/intrinsecum BN dicimus/dici-
tur BN 436 dicatur om. T 437 ratio/ratione BN ibi add. et BN quod/quia
BN indigeat/indigebat BN 438 quia hoc/ad hoc quod BN continetur con-
tineatur BN autem/enim BN 439 Dardanum add. dicens BN tolle lect.
inc. T 440 et quia nusquam erunt om. B 442 sed/et etiam BN non om.
BN non ante secundum sanctos; et add. Nam P 443 ante om. BN 444 (alii)
tenent/tamen B saltem/saltem BN potuerunt/poterunt BN tamen/cum BN
corporeo/corporea BN 445 Utrumque autem/Utrum tamen BN 447 sic/sit BN
448 operationem post suscipit BN eam om. BN

427. De Fide Orthod. cap. 13 PG 94, 854A; ed. Buytaert p. 56, 57

428. Denifle, H. Chartularium Universitatis Parisiensis I n° 473; art. 204, 268, 269;
Quodlibet I Quaestio X ed. Ypma pp. 140-152, specialiter pp. 148, 149

439. Ep. 187 (VI, 18) CSEL 57, 96

447. voir note 428

debetur locus. Tamen, si hoc debeat esse verum, potest verificari in quantum est determinata pars universi, et cetera, sicut dictum fuit in quolibet primo, vel substantia in quantum habet rationem potentiae et virtutis, quae est principium operationis. Non tamen oportet semper
 455 intelligere virtutem operandi, sed potest intelligi virtus praesidendi vel alio modo nobis incognito. Quod dico quia sunt in coelo empyreo quod non transmutant.

Unde sicut quantitas molis est ratio quare corpus sit in loco, sic quantitas virtutis est ratio quare angelus sit in loco, non tamen ratione
 460 indigentiae, sed solum ratione terminationis, quia ita est hic quod non alibi.

Haec autem terminatio non est consignationis quia consignaretur loco, sed est intelligibiliter, quia scilicet intellectu, non sensu, percipitur talis existentia in loco.

Unde dicit Damascenus: «Est autem intelligibilis locus, ubi intelligitur, et est intelligibilis et incorporea natura; ubi nimirum est, et operatur; et non corporaliter continetur, sed intelligibiliter. Non enim habet figuram, ut corporaliter comprehendatur».

Et ita eodem capitulo: «Angelus quidem corporaliter in loco non
 470 continetur, ut typum accipiat et formetur, sive figuretur. Verum dicitur esse in loco, quia adest intelligibiliter et circumscribitur ubi et operatur», id est terminatur. «Non potest enim secundum idem», scilicet tempus, «in diversis locis operari».

Ex quo patet quomodo ratione terminationis est in loco, quia ita

451 verum/bene BN 452 determinata/terminativa BN universi/unius BN et
 cetera *lect. inc.* B; *om.* N dictum fuit *post* primo BN 453 quolibet *add.* meo
 BN vel *om.* BN (potentiae) et *om.* BN 454 virtutis *add.* et B quae est
post operationis BN 455 intelligi/intelligere BN 456 quia/quod BN 462 quia/
 quare B; quasi N consignaretur *lect. inc.* TP 463 scilicet *add.* in BN percipi-
 tur/precipitur T 465 Est autem *add.* et ubi et intellegi TPR ubi intelligentur
om. TPR 466 nimirum *lect. inc.* N 469 capitulo/modo BN 470 typum/tipum
 NTP formetur/conformetur BN sive figuretur/et figureretur BN Verum/quod
 vere BN; Verumtamen: ed. Buytaert 471 quia adest/quod autem est BN intelli-
 gibiliter *lect. inc.* T (ubi) et *om.* TPR 472 secundum/hoc N 474 quomodo/
 quod BN

453. Quodlibet I quaestio X ed. Ypma p. 150

465. De Fide Orthod. I cap. 13 PG 94, 851A; ed. Buytaert pp. 56, 57

469. De Fide Orthod. I cap. 13 PG 94, 851C, 854A; ed. Buytaert p. 58

475 est hic quod non alibi, Et hoc est terminari.

Et sic patet tertium principale.

IV Nunc quarto videndum est de Deo an ubi dicatur de ipso proprie, et post utrum realiter et, sicut dictum est, quia ubi dicitur habitudo ad
480 locum, idem est considerare de loco et de ubi, utrum Deo conveniat.

Possumus igitur dicere quod esse in loco simpliciter et absolute Deo non convenit proprie; secundum quid autem aliquo modo proprie.

Primum patet, quia ubi dicitur habitudo ad locum. Ubi enim est secundum locum determinari; etiam est loco indigere. Quantum ad
485 utrumque est in corporibus; quantum ad horum unum est in angelis; quantum ad neutrum in Deo. Et haec duo sunt principaliter consideranda circa hoc quod est esse in loco.

Primo enim Deus non determinatur secundum aliquem locum. Creatura enim dicitur determinari, quia ita est hic quod non alibi, vel
490 ita operatur hic quod non alibi. Deus autem simul in omnibus est et operatur, et ideo non determinatur; et si essent mille mundi, in omnibus simul esset. Unde non determinatur corporaliter nec intelligibiliter.

Unde Damascenus, postquam dixit quomodo angelus et corpus sunt in loco propter determinationem, subdit quod «soli Dei est
495 ubique secundum idem» tempus esse et «operari». Unde Damascenus ostendit Deum non esse in loco, quia sibi non convenit determinari. Unde dicit ibi quod immaterialis est et incircumscribibilis, idest indeterminabilis.

Secundo, Deus non indiget loco, multo minus quam angeli; immo

475 (hic) quod/et N (et) hoc/huiusmodi BN terminari *add.* Et sicut habere locum dicitur multipliciter, sic et ubi BN 478 quarto *om.* TP de Deo, an ubi dicatur de ipso/an de Deo dicatur ubi BN 479 realiter/materialiter BN (quia) ubi/non T 480 est *om.* BN conveniat/conveniant BN 483 (enim) est *om.* B 484 locum *add.* et N est *om.* B; *add.* in N quantum *add.* igitur B 485 (unum est) in *om.* TP (angelis) *add.* sed BN; *add.* et P in *om.* BNTP 487 (quod) est *om.* B 488 enim/est T 489 (creatura) enim/autem BN 490 simul *om.* B (est) et/ut BN 491 operatur et *om.* BN (ideo) non *om.* B 493 Damascenus *add.* verbi gratia TP (corpus) sunt/est BN 494 (Dei) est *om.* TP 495 ubique *add.* et BN Damascenus ostendit ... Unde: *om.* BN 497 incircumscribibilis/circumscribibilis B indeterminabilis/determinabilis B 499 multo/nihil BN immo *mss.* ymo

479. pg. 81 l. 310 sqq.

493. De Fide Orthod. I, cap. 13 PG 94, 854A; ed. Buytaert pp. 58, 59

500 non solum loco, sed nullo extra se indiget; angeli autem sic., quia indigent Deo; et ideo Deus non est in loco. Et haec est ratio Augustini, ad Dardanum, ubi dicit quod Deus est ubique totus in seipso, ubique quidem, quia nusquam et nulli rerum parti est absens; totus autem, quia non pars eius in parte, sed totus in toto et totus in qualibet parte. 505 «In seipso autem» ideo dicitur, «quia non continetur ab eis quibus est praesens, tamquam sine his esse non possit». Et plura circa hoc dicit Augustinus, quomodo non indiget loco.

Sic igitur simpliciter et absolute loquendo, quantum ad ea quae principaliter pertinent ad rationem eius quod est esse in loco, Deus non 510 est proprie in loco.

Quomodo autem secundum quid et aliquo modo possit dici proprie, potest hoc autem esse dupliciter: uno modo positive, alio modo privative. Positive quidem quantum ad alias condiciones minus principales eius quod est esse in loco. Haec autem sunt praesentia, quia quod 515 est in loco est praesens loco.

Item secundum distinctionem, quia locus nihil est rei; sic Deus est praesens omnibus, quia nihil est eorum ut pars vel aliquo modo numeratur cum eis. Ideo in libro De Causis dicitur quod sic regit omnes res, quod non commiscetur cum eis.

520 Item quantum ad susceptionem, quia res suscipiunt eius operationem et influentiam, et capiunt eum sine terminatione.

Unde ita est distinctus a rebus quod non absens sed praesens.

Et sic est praesens rebus quod non indigens eis. Sic capitur quod non terminatur nec comprehenditur. Sed quia hoc secundario pertinet 525 ad rationem loci et non principaliter, ideo, licet secundum hoc Deus dicatur esse ubique proprie, non omnino transsumptive, tamen secun-

500 sic *om.* B; si non N 501 Deo/loco B est *om.* TP 505 ideo *om.* BN ab
om. TPR 506 non/nec T 507 indiget/indigent BN 508 simpliciter/similiter BN
509 principaliter/simpliciter TP pertinent *om.* T esse *om.* T; (esse) in *om.* P
510 in loco *ante* non est in loco TR; *ante* proprie P 511 quomodo/quod BN
512 autem *om.* BN 513 condiciones/dictiones T 514 in loco *add.* praesentia BN
quia/quod BN 518 in libro *om.* TPR 519 res *om.* TPR 520 eius/ipsius BN
521 terminatione/creatione BN 522 quod non *add.* est BN sed/vel BN
523 indigens/indiget BNR 524 terminatur/determinatur BN pertinet/pertinent B

501. Ep. 187 (VI 18) CSEL 57, 96

507. ibidem pp. 93 sqq.

518. Liber de Causis ed. Pattin XIX, XX 155, p. 89

dum quamdam proportionem sumptam ex aliquibus condicionibus minus principalibus. Unde non simpliciter, sed secundum quid dicitur esse in loco.

530 Secundum modum hunc tangit Anselmus, Monologion vigesimo secundo capitulo, quod dicitur esse in loco, non quia contineatur sed quia praesens est in loco. «Unde» ut ait, «si usus loquendi admitteret magis proprie diceretur esse cum loco quam in loco», quia «in» dicit continentiam, «cum» autem dicit praesentiam. Unde dicitur ibi quod 535 nullo modo dicitur proprie esse in loco de Deo. Quod verum est simpliciter et absolute, secundum quid autem, ut dictum est, non prohibet secundum quamdam proportionem. Dico autem secundum proportionem, quia alio modo Deus est praesens rebus quam corpus loco vel angelus, et aliter distinctus et aliter suscipit, et cetera. Et quia 540 non est in loco simpliciter et absolute, sed secundum quid, ideo conceditur quod sit ubique; non autem quod sit in omni loco, quia nec est in loco.

Nam, ut dicit Anselmus, ab adverbiiis huiusmodi localibus utimur et in aliis modis essendi in, ut ibi est intellectus in anima, ubi est 545 rationalitas. Unde aptius dicitur Deus esse ubique quam in omni loco, cum non sit in loco.

Et Boetius De Trinitate dicit, ostendens quomodo ubi dicitur de Deo: «Nam quod ubique est, ita dici videtur, non quod in omni sit loco. — omnino enim in loco esse non potest —, sed quod ei omnis 550 locus adsit ad eum capiendum», scilicet sine termino, «cum ipse non

527 ex/ab BN conditionibus *post* principalibus BN 528 principalibus *corr.* T1; principale T non/nec TPR secundum quid/quando TPR 531 capitulo *om.* TP quod dicitur/quoddam BN quia/quod BN contineatur *add.* a loco BN 532 (praesens) in *om.* BN (unde) ut *om.* BN admitteret/amitteret BTP 533 proprie *om.* N in dicit/indicent TP 534 continentiam *om.* N («cum») autem/vero BN (ibi) quod/pro B 535 nullo modo/nulla T dicitur *om.* T proprie *add.* dum T 536 non/nihil BN 538 rebus *corr.* B1; *om.* B 539 vel/unde B 540 simpliciter et *om.* TPR 543 Nam quia T; *om.* TPR - ut *om.* B ab *om.* BN adverbiiis *add.* et BN localibus/locutionibus BN (utimur et) in aliis *om.* BN 544 (ut) ibi/ubi BN 545 rationalitas/ratio BN; habilans TP: ratio habilans R aptius/apertius BN 547 Deus *om.* BN dicit *ante* De Trinitate BN 548 Nam quod/namque TPR 550 adsit/assit B scilicet sine termino *om.* BN cum *add.* scilicet BN

530. PL 158, 176 AB; ed. Schmitt p. 30

543. cap. 23 PL 158, 176 AB; ed. Schmitt p. 30

547. cap. 4 PL 84, 1252D, 1253A

suscipiatur in loco»; quod terminetur scilicet loco, «atque ideo nunquam esse in loco dicitur, quoniam ubique est, sed non in loco». Quod verum est simpliciter, secundum autem quid sic, et cetera.

Sed sciendum quod adhuc secundum modum, quomodo dicitur
 555 positive esse in loco secundum quid, potest intelligi dupliciter: vel in
 610 omni loco generaliter, sic dicitur esse ubique; vel in aliquibus specialiter secundum quamdam appropriationem. Sic dicit Damascenus, ubi supra, quod dicitur locus Dei ubi est manifesta eius operatio. Dicitur et anima, participans gratiam, locus Dei, et tanto amplius quanto magis
 560 participat gratiam. Dicitur et coelum locus Dei, vel propter angelos qui sunt in coelo in quibus est Deus, vel propter multitudinem et excellentiam eorum quae fiunt in coelo, vel volentes designare ipsius Dei sublimitatem et excellentiam. Dicitur etiam Ecclesia locus Dei, sive ecclesia materialis quae determinatur ad eius glorificationem, vel mystica, scilicet congregatio fidelium, et cetera.

Nunc restat videre quomodo ubi dicitur privative de Deo secundum quid, scilicet privative; quia privatio et negatio est in genere per reductionem; ideo dico secundum quid.

570 Hoc autem potest sic videri. Sicut dictum fuit in quaestione de quantitate, in Deo est quantitas remotive tamen, nam quantitas dicit terminum et mensuram. Unde V Metaphysicae, quod quantum hic quidem est multitudo, scilicet numerabile; haec autem magnitudo, scilicet mensurabile. Unde, quod est sine termino et mensura non habet
 575 quantitatem nisi remotive; et tamen hoc ipsum ad quantitatem pertinet per reductionem, ut privatio et negatio.

551 in loco, quod terminetur *om.* N nusquam/nunquam BN 552 esse *post* in loco BN quoniam *lect. inc.* T (ubique) est *om.* BN quod/quia BN 554 ad hunc/aqd huc BNP secundum *om.* TP 555 positive *post* in loco BN 557 sic/sicut BN 558 dicitur et/sic BN; et *corr.* T1, *om.* T 559 participans *add.* Dei BN gratiam *add.* dicitur BN magis/amplius B; *om.* N 560 participat *add.* Dei BN et/etiam BN locus Dei *om.* TPR 561 propter multitudinem/secundum magnitudinem BN excellentiam *add.* et N 562 sive/vel BN 564 determinatur/terminatur BN 568 scilicet privative/et BN (negatio) est/sunt BN 573 numerabile/numerae TPR 574 mensurabile/commensurabile BTPR unde/scilicet BN termino et *add.* sine BN 576 privatio/prius N et negatio *lect. inc.* T; *add.* et P

557. De Fide Orthod. I, cap. 13 PG 94, 851B; ed. Buytaert p. 57

570. De Divinis Praed. Quaestio X. ed. Ypma pp. 282-284

572. Vol. VIII 124F

Ut infiniti ratio quantitati congruit, sic ingenitus est in relatione sicut genitus, ut Augustinus dicit, V De Trinitate, ita quantitas est in Deo remotive, quia est ibi remotio mensurae et termini, scilicet immen-
580 sitas.

Unde sua quantitas est non habere quantitatem et sua mensura est non habere mensuram. Sic in proposito suum ubi est non habere ubi et nusquam esse in loco; sicut infinitum pertinet ad quantitatem, sic nusquam ad ubi pertinet negative.

585 Ex his autem patet quomodo intelligendum est Deum esse ubique, quia uno modo potest intelligi positive, idest esse praesentem omnibus; et hoc proprie non est esse in omni loco simpliciter et absolute, secundum quid autem sic.

Alio modo ubique potest intelligi remotive, ut ideo dicatur ubique
590 quia nusquam, quia non plus est in uno loco determinate quam in alio, et sic nusquam.

Sic etiam universale dicitur esse ubique, quia non fit in loco, et quia nusquam est.

595 Ad objecta faciliter patet solutio.

1) Ad primum dicendum quod, licet sit intimus omni loco et impleat omnem locum, non terminatur aut indiget loco; ideo proprie non est in loco nisi secundum quid.

2) Ad secundum dicendum quod respondetur ad interrogationem
600 factam per ubi eo modo quo sibi convenit, secundum quod proprie vel metaphorice, et cetera.

3) Ad tertium dicendum, quod proprie dicitur secundum quid et non simpliciter, quia non quantum ad principale quod est de ratione eius quod est esse in loco.

577 ut/unde BN sic/sicut B ingenitus/ingenitum TPR 578 ita add. quod B
583 nusquam/numquam BN ac ita deinceps esse add. ut BN sicut/sic BP perti-
net ante ad ubi BN 584 negative om. BN 586 uno/nullo BN (id est) esse corr.
N1; om. N 587 (non) est om. N; esse om. B 589 ubique/ubi B ideo/in Deo
B 590 (uno) loco om. BN determinate/determinatus BN 594 solutio add. per
iam dicta BN 597 impleat/implet TP aut/et BN ideo proprie non est in loco
om. BN; nisi secundum quid om. P 598 secundum quod/scilicet BN 600 vel
add. etiam BN 602 dicitur add. quod dicitur etiam BN 603 et non simpliciter
om. BN (principale) quod om. N 604 esse om. N

605 4) Ad quartum dicendum, quod dicitur esse in se ipso vel loco sui negative, quia non est in alio ut in loco. Sic Deus est a se quia non ab alio.

5) Ad quintum dicendum quod verum est quod convenit secundum partem rationis, tamen secundum talem partem quae non principaliter pertinet ad rationem illam, sed minus principaliter, vel non formaliter sed materialiter; et ideo absolute et simpliciter non proprie sed transsumptive est in loco; secundum quid autem proprie.

6) Ad sextum dicendum quod non est simile, quia angelus operatur determinative; non sic Deus.

615 7) Ad septimum dicendum quod, quomodo dicatur de Deo «quando», erit quaestio specialis.

8) Ad octavum dicendum quod iam patet ex dictis quomodo dicatur esse in coelo, et cetera.

9) Ad nonum dicendum primo, quod alias fuit declaratum, quomodo sit intelligendum quod relatio habet minimum de esse ceteris.

Item, ad argumentum minor vel maior entitas non facit quod aliquid dicatur proprie vel non proprie; nam plus de entitate dicit quaelibet species substantiae quam quaecumque species qualitatis, et tamen leo dicitur translativè, sapientia vero proprie. Sed hoc facit dici proprie quod, sive dicat minus sive maius de entitate, dicat perfectionem absolute, non concernendo modum determinatum qui convenit creaturae qui est imperfectionis, et cetera.

Hoc modo relatio dicitur proprie, ubi antem non, quia coinsinuat

606 negative/negare N (non) est *om.* N ut *lect. inc.* T; in *om.* B; ut in loco *om.* N Sic Deus est/sicut dicitur esse BN 608 dicendum *add.* est BN convenit *add.* Deo BN 610 ad/esse TP sed/vel T 611 ideo absolute/coabsolute BN 614 determinative/et terminatur BN 615 (dicendum) quod *om.* BN 616 quando/de hoc B; ante dicatur P erit/est BN 617 iam patet ... in coelo, et cetera/dicendum quod quomodo dicitur esse in coelis patet per iam dicta BN 619 primo *om.* BN 620 (intelligendum) quod/quomodo B 621 ad argumentum *om.* BN minor vel maior/major vel minor BN facit *add.* ad hoc B (quod) aliquid *om.* N 622 vel/et B non proprie/inproprie BN nam/non BN de entitate *om.* BN 624 vero/non N dici/de T 625 (proprie) quod *om.* BN minus sive maius/magis sive minus BN entitate *add.* quod BN perfectionem/perfectio T 626 concernendo *lect. inc.* B; includendo N 627 (creaturae) qui *corr.* N; quae TP 628 coinsinuat/consignificat BN; consinuat TP

locum qui est imperfectionis; indigere scilicet et terminari est imperfec-
 630 tionis simpliciter, licet sit perfectio quaedam creaturae.

10) Ad decimum dicendum quod per motum localem non acquiri-
 tur aliquid intrinsecum absolute primo et per se, licet ex consequenti in
 quantum ex motu locali convenit aliquid alterari; tamen acquiritur
 635 aliquid intrinsecum respectivum, scilicet ubi et situs; ideo dicitur motus
 secundum locum, et dicitur acquiri locus, quia acquiritur respectus ad
 locum.

11) Ad undecimum dicendum, quod ultima sphaera terminatur ab
 aliquo, non secundum rationem continentiae, sed secundum rationem
 distantiae et secundum operationem substantiae. Si alius mundus esset,
 640 ita respiceret suum centrum quod non aliud, et cetera.

12) Ad duodecimum dicendum, quod Deus per suam immensita-
 tem est ubique, et esse ubique proprie dicitur de ipso. Hoc autem non
 importat esse in loco simpliciter, sed vel secundum quod positive vel
 privative.

13) Ad decimum tertium dicendum quod, sicut Deus ad omnia se
 habet aequaliter, non tamen omnia se habent aequaliter ad ipsum, sic
 Deus aequè distat ab omnibus, non tamen omnia aequè ab ipso. Unde
 inaequalitas accipitur ex parte finiti scilicet creaturae; ex parte enim
 infiniti scilicet Dei, non est magis et minus; sed si non aequaliter, nihil
 650 attribuitur Deo ex creaturis eo modo quo est in creaturis, sed eminen-
 tius.

Unde illa quae dicunt perfectionem, non concernendo modum
 creaturae, dicuntur de Deo proprie; quae autem non, non.

Unde nullum nomen dicitur de Deo proprie secundum quod dicit
 655 perfectionem ut in creatura. Unde, licet sapientia dicatur de Deo

629 qui/quia N imperfectionis *add.* proprie B est imperfectionis simpliciter ...
 creaturae *om.* B 631 non acquiritur ... motu locali *om.* BN 632 aliquid/
 alicui N 633 tamen acquiritur/cum acquirit BN 634 respectum/respectivum N
 635 secundum *corr.* B1; *om.* B acquiritur/requirat BN respectus/respectum BN
 638 continentiae, sed secundum rationem *om.* T et/sed T 639 substantiae *om.*
 BN esset *ante* alius mundus BN 641 est *ante* per suam BN 642 ubique
om. BN ipso/Deo BN non *om.* T 643 esse/essentiam N 646 aequaliter
ante se habere BN 647 aequè *add.* distant BN ab ipso/ab eo B; a Deo N
 648 inaequalitas *add.* non T ex parte *corr.* B1; *om.* B; et *add.* finiti et infiniti
 BN (ex parte) enim *om.* BN 649 si non/sive BN aequaliter *add.* sive inaequali-
 ter accipitur B1, N 653 dicuntur de Deo proprie; quae autem non, non *om.*
 T 655 dicatur *corr.* B1; *om.* B

proprie, sapientia tamen Petri dicitur de Deo non proprie, sed tamen quaedam vero significant perfectiones creaturarum, non ut dicunt modum creaturae, et cetera.

14) Ad decimum quartum dicendum quod Deus non est limitatus
660 secundum essentiam, licet sit distinctus ab aliis per ipsam suam infinitatem. Non enim est limitatus, quia omne esse et omnem perfectionem continet; et ideo nec secundum locum, et cetera.

15) Ad decimum quintum dicendum quod similiter potest argui: essentia dicitur analogice de Deo et de leone; sed leo est leo per suam
665 essentiam, ergo Deus est leo proprie: sic in proposito. Licet operatio absolute vel substantia dicatur de Deo et angelo, tamen operatio vel substantia ut terminabilis non dicitur analogice de Deo et angelo. Si autem angelus est in loco, vel per substantiam vel per operationem, hoc est ut terminabilis est. Quare, et cetera.

670 Vel dicendum quod esse in loco dicitur analogice, idest secundum quamdam proportionem; et secundum hoc secundum quid, ut dictum est.

16) Ad decimum sextum dicendum quod non est verum quod assumitur. Et ad probationem dicendum quod vel ens rationis
675 quod est verum quod dicit copulam, vel ens rationis quod est figmentum, et nihil forte magis distat ab ente reali quam Deus a creatura. Sed ens rationis cuiusmodi est universale, quod dicit rem aliquam eandem cum particulari, licet sub aliquo modo considerandi plus distat, quia ipsa apprehensio intellectus non plus distat a re simpliciter quam
680 creatura a Deo.

656 proprie ante de Deo B; secundum quod dicit ... de Deo proprie om. T non ante dicitur BN 657 (quaedam) vero/quae BN; om. P 660 secundum/per BN sit om. B 662 nec om. BN locum lect. inc. B 663 similiter/sicut non BN 664 essentia/essentiam N dicitur/Dei TR; divina P analogice om. P 665 ergo Deus/igitur Dei T; ergo divina essentia P sic add. et BN 666 angelo, add. tamen analogice de Deo et angelo BN 667 (substantia) ut om. BN non add. est T(dicitur) analogice om. T 669 (terminabilis) est. Quare et cetera om. BN 671(proportionem; et) secundum om. BN 673 non est verum ... dicendum quod om. B 674 (quod) vel/tam BN; om. P 675 (quod) est add. ut BN vel quod/quam BN vel quod ens rationis om. P 677 cuiusmodi/cuius BNR eandem om. BN 678 plus distat, quia ipsa apprehensio intellectus om. BN 679 distat/distaret BN (quam) creatura om. T

Item deficit, quia illud quod est proprium particularis in quantum particulare, ut esse particulare dici de uno solo, numquam convenit universali. Sed ubi quod convenit particulari, non sub hac intentione illud attribuitur universali.

685 Sic in proposito; quod convenit creaturae inquantum creatura non attribuitur Deo, ut esse mutabile, esse factum. Sed illud quod convenit creaturae, non ut in eo quod creatura, sed alio modo in quantum ens, hoc potest Deo attribui.

17) Ad decimum septimum dicendum quod, si quies proprie sumatur, 690 immobilitas non est quies Dei; improprie autem et negative sic. Unde dictum Philosophi intelligitur quia circa idem sunt privatio et habitus. Quies autem est privatio motus. Unde ex hoc non habetur quod Deus moveatur.

18) Ad decimum octavum dicendum, quod Deus dicitur locus 695 metaphorice, quia omnia continet, omnia terminat, sed aliter quam locus.

Ad probationem dicendum, quod falsum est, quia de Christo, in quantum homo, verum est dicere quod in ipso habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter.

700 Christus homo locus dicitur deitatis; magis exponitur autem sic omnis plenitudo Dei, quia secundum omnem modum fuit in Christo deitas, non solum sicut communiter in omnibus, et si est specialiter in sanctis, sed etiam per unionem et omnium gratiarum plenitudinem.

Quod autem dicit «corporaliter», secundum glosam idem est quod 705 veraciter. Accipitur autem hic non proprie corpus, sed translativè; sicut enim umbra dicitur figura, sic corpus veritas. Unde «corporaliter» quae olim praefigurata sunt, fuerunt in Christo veraciter; et templo iudaeo habitavit figuraliter, in homine Christo veraciter; et similiter in aliis

681 particularis *om.* B; *add.* vel particulare vel BN 682 esse particulare *add.* vel BN 683 Sed ubi/secundum illud BN convenit/ait T 684 universali/universaliter TP 687 non ut/secundum quod creatura seu BN alio modo *add.* ut BN 691 quia/quando BN 699 inquantum *add.* est BN dicere quod in ipso/ipsum illo N 700 Dei/deitatis BN 702 si est/sicut BN 703 etiam *om.* BN 704 omnium/omnem T; *om.* P dicit/dicitur N 705 autem/enim T 706 veritas *lect. inc.* N corporaliter *add.* quia BN 707 olim *mss.* olyn; *lacuna* T praefigurata sunt/pars sunt figurata BN; inter T veraciter *add.* impleta sunt BN iudaeo *mss.* iudayo 708 in templo iudaeo ... Christo veraciter *om.* TP

691. III Physicorum Vol. IV 91^o H

704. PL 192, 273B

710 legalibus universaliter corpus et perfecta dimensio, corporaliter idest perfecte.

19) Ad decimum nonum dicendum quod circumscriptio non est causa, sed est hoc ipsum quod est esse in loco, accipiendo large circumscriptionem pro terminatione. Et quod dicitur de contactu, dicendum quod contactus non est causa precisa et principalis, sed inter 715 locum proprium et locatum debet esse aliququaliter contactus; non tamen est ista causa, licet non sine hoc. Unde plura se tangunt, quorum tamen unum non est alterius locus, ut duo digiti.

Item, locus communis, qui non tangit, dicitur locus, et videtur; limitatio vero substantiae vel operationis vel quantitatis causa est.

720 Item, cum dicitur quid est limitatio substantiae, dicendum quod limitatio est terminus intrinsecus rei. Hic autem terminus aliquando est aliud a substantia rei, ut quantitas dicitur substantiae terminus vel mensura; aliquando non est alia res a substantia, sed est modus realis ipsius substantiae. Sive ergo per quantitatem sive per substantiam, 725 semper limitatio est causa; quia enim res est terminata termino intrinseco, ideo terminabilis est termino extrinseco.

20) Ad vigesimum dicendum, quod eo modo quo convenit Deo esse in loco per aliquid reale, convenit sibi realiter sicut termino.

730 21) Ad vigesimum primum dicendum, quod nulla limitatio convenit Deo ut substantiae vel operationis. Et ad probationem dicendum quod terminatio potest dici specificatio, sicut obiectum specificat actum et effectus operationem agentis. Et hoc proprie non dicitur limitatio operationis. Talis limitatio convenit operationi divinae; sed talis limitatio non facit esse in loco.

735 Secundo modo dicitur terminatio operationis per obiectum, quia illa limitatio non se extendit nisi ad illud obiectum; et hoc facit esse in

709 universaliter/vel alia quia B; vel autem quia N et/est BN perfecte *add.* et cetera T 712 sed/licet BN 714 (inter) locum *om.* T 715 debet/debeat BN aliquid/aliquis BNR 716 ista *om.* BN sit *om.* BN 717 locus/in loco B 718 (locus) et/ut BN videtur *add.* quod BN 719 substantiae *om.* B720 substantiae *add.* vel BN est/esse T (Item) cum dicitur quid est limitatio substantiae dicendum/dicitur TP; cum *om.* R 721 autem/tamen B terminus *om.* BN 722 aliud/alius BN 723 (sed) est *om.* BN 724 quantitatem/entitatem BN 726 intrinseco *corr.* B1; extrinseco B 727 reale *add.* convenit sibi esse realiter BN 728 realiter *om.* BN 730 ut/nec BN vel/nec BN 731 terminatio/terminative BN dici *om.* BN obiectum/subiectum BN 735 Secundo/alio BN terminatio/esse limitatio BN; limitatio R 736 limitatio *lect. inc.* P; *om.* BN; simul T

loco. Sic autem non est limitata Dei operatio per aliquod obiectum, quia simul ad omnia obiecta potest se extendere, etiam si plura et plura essent, et fierent etiam infinita, si esset possibile, et cetera.

740 22) Ad vigesimum secundum dicendum quod non dicit perfectionem simpliciter, et ideo non proprie. Dicitur autem realiter de Deo sicut de termino, et res aliqua est, sed non in Deo ut in subiecto, sed in creatura. Denominationes autem fiunt saepe ab extrinseco. Unde quod
745 Deus est creaturae praesens, hic respectus est etiam in creatura realiter ut in subiecto, in Deo autem sicut in termino.

23) Ad vigesimum tertium dicendum quod modus essendi, dicens perfectionem, de Deo dicitur; qui autem dicit imperfectionem non; in hoc enim deficit ab essendo.

738 obiecta *corr.* B1; *om.* B et plura *om.* BN 739 fierent *lect. inc.* T etiam
om. BN 741 non proprie *add.* dicitur BN de Deo *om.* T; nisi P 742 ut
 in/sicut BN; in *om.* T 744 (est) etiam *om.* BN 745 (autem) sicut/ut BN
 746 quod *add.* omnis BN dicens/dicit TR; *om.* P 747 dicitur/dicit P qui/quod
 TP autem *lect. inc.* T 748 essendo *add.* Et in hoc terminatur quaestio BN